

C

C. l. 94

Alteyab. D. r. f.

or
H. 17

33

II 2 C. 35

~~2 N 35~~



SACRVM

Magnificis laudibus

REVERENDISSIMI ILLV-
STRISSIMI

inter literatos potentissimi,

inter potentes literatissimi,

Principis ac Domini Domini

HENRICI IVLII

Antistitis Halberstadensis, Ducis Brunsvicensis & Lunaburgensis.

Cum mense Sextili, anno

1596.

Ex celeberrimis Germania locis

48. Organicos convocasset.

QVI

Ad immortalem ipsius nominis memoriam
Organum & facellum

GRONINGENSE

Communi cum consensu sempiternis dignum
præconijs existimarunt.

HENRICO POLI

Ex Officina Typographica Conradi Horn

ANNO M. D. XCVI.

Rdo
D. M. 2



*Roma suos quondam jactabat, Gracia
quondam,
Quos habuit claros Marte, vel
arte duces.*

*Si feritate prior clementia, si toga
Marte,*

*Hic quoque quem Superis orbis adaequet habet:
Nam genus & proavos (quae sunt aliena) recenset:
Regibus hac patria est, Caesaribusque domus.
Ingenuas animi dotes, & conscia veri
Pectora: sinceram en cum pietate fidem.
Sive sacratarum memoras commercia Legum,
Hic ipsis residet Svada Themisque labris.
Sive nec Herculco cedentia corda labori,
Harentem studijs Lunaque Solque videt.
Qui ve oculos miseris, geminamque clientibus aurem
Commodet: ad poenas est piger, athla citus.
Prasidium Musis & sustentacula queris:
Aucta patrocinio est JULIA diva novo.
Ardua vel rigidi reputas praeludia Maritis,
Immites didicit sternere dextra feras:
Est quoque bis denos superat quae machina passus
Aerea: pro patria stat pius ardor humo.*

Ille

*Ille metalla solo, atq; cadentia sidera cœlo,
Vel quæ insunt terris ingeniosa tenet.
Dædalus, aut Themis, aut Pallas docuisse putatur,
Dædalus est, Themis est, Delia, Phœbus, Atlas.
O caput imperijs HENRICVS IVLIVS aptum.
Qui tot in excelsa pectore dona gerit.
Cætera prætereo, nec enim memorare necesse est,
Qualia mundo atas postera discutiet.
Hoc magis mireris mens ut nil liquit inausum,
Enthea sedulitas omne subegit opus:
Nec voluit frustra labi tanta ocia, quanta
De grauib; causis Iudicijsq; tulit,
Verum in secessus prudenter duxit amœnos,
Harmonicis pellens tœdia longa modis.
Testis erit, cœlo quæ nunc caput erigit altum,
Vnius auspicijs tanta GRONINGA viuet.
Non hic Pyramidum miracula barbara Memphis:
Non Ephesus Trivia fana videnda feret:
Non Mausoleum, non hic labor Amphitheatrum
Aestimat, utilius namq; recenset opus.
Aemula sidereis extracta palatia tignis,
Quæq; decere putes atria posse Deum.
Conspicias facies representantia vivas
Corpora, decocti materiem lapidis.*

Quoquo oculorum acies vertis, parietibus harent
India qua promit munera, quaq; Tagus.

Sed velut intrantem delubra hac, fascinat error,
Quo prior instabiles dirigat intuitus.

Me harentem primis gradibus, si deficiebant,
Olim oculi, mihi nunc linguaq; voxq; deest.

Quæ tamen inter eas potior res digna relatu,
Tota patet gemino fornice clara poli.

Angelicæ audi quæ Musica mulceat aures,
Orgia sunt, sanctis organa facta locis.

Phidias ingenium miretur, Dædalus artem,
Quiq; tot effinxit numina Praxiteles.

Est tuba, quæ clangore in prælia trudat inertes,
Hic altum litui, hic cornua rauca sonant.

Hic arguta suas fundunt psalteria voces,
Est lyra, nec dulces deficiunt cytharæ,

Vel calami, quos Euterpe sufflare magistra,
(Siqua fides priscis) posteritas docuit,

Et quæ festivo resonabant tympana plausu,
Cymbalaq; ut proavi vota tulere Dijs.

Seu vertebantur duplici quæ nablia palma,
Cum fuerant lætis officiosa jocis.

Seu, cuius fecit primordia Lesbia Sappho,
Delere ut lacrymas barbytos apta foret.

Si δεκάχορδον amas χόρῳ hic πολύχορδα reponet,
Et γλυκύφωνῳ ὅπου & πολύφωνῳ erit.

Saxa

Saxa ferasq; lyra commovit Thracius Orpheus,
Illa potest mitem Musa cedere Deum.
Præbet eadem operâ hoc opus instrumenta, requirit
Qualia diuinis laudibus ipse David.
Ecce suos jungit (siquid simulacra potis sunt)
In genibus residens, ad modulos, modulos.
At non hæc nullis oculis pater atq; hominum Rex
Prospiciens, operi non operosus erat.
Crescat, ait, nostrumq; ferat per secula nomen,
Crescat, Et hinc superet triplicis orbis opes:
Mox erit extremis, quando spectator ab oris,
Huc ruat, ingenij qui monumenta notet.
Evenit augurio, res haud sperata secundo,
Turba frequens patulas certat adire vias.
Que tam seposita est, qua gens ita barbara, qua non
Principis aut operis flagret amore novi?
Istur in augusti spaciosa volumina mundi,
Littera præclaros convocat artifices.
Jam sextilis erat, Nemeæ in pelle Leonis
Sol oriens, Aquilam mersit in Oceanum.
Conveniunt, seu quod jussis parere necessum est,
Cernere sive quod has expetit ardor opes.
Istula Prutenicis misit contermina terris,
Et legum atq; artis cognitione gravem.

Aspicias geminos, quæ Balthica littora nobis,
Vel quos Hamburgum, quosve Lubeca dedit.
Cassilia, & Brema, & loca quæ circumluit addat
Oceano donec clara Visurgis aquas:
Quamq; suo voluit Latonia nomine dictam
Vel quæ Brunoni quod viget omne refert:
Et qua magnanimis pugnarunt Saxones armis.
Parthenope, studij significata tulit.
Sceptriger imperij his applaudit Marchio votis,
Vrsa probati offert progeniem artificis.
Ille tamen primos inter qui dignus haberi
HASLERVS, numeris prætereundus erit?
IANE LEO, quæ te mundo tam læta tulerunt
Secula: quæ tantum progenuere decus?
Corporis egregij formam, decora alta, dolavit
Cypria, quæ in gestu est gratia nuda Fides.
Te phœbus cytharam docuit, tua membra figurans,
A superis tota est forma, genus, genius.
Ausonia obstupuit, retinetq; augusta canentem
AVGVSTA, Augusto Casare digna chelys.
Sed tua Musa velut reliquas tot passibus anteit,
Hoc meruit venâ splendidior cani.
Norica Metropolis, germanum has misit ad oras,
O quantas uno corpore delicias?
Nunc reducem donis, famâ, insignemq; caballo,
Leucorea excelsis plaufibus accipiet.
Erfurtum, & varias quæ ostentat Lipsia merces,
Ingenium celebris contulit alta viri,

Ordine

Ordine postremum, non arte, admisit avita
Gandesia, usu, annis, eloquioq; gravem.
Vidimus esse simul (numero est sine caetera turba)
Bis quatuor, denos & quater artifices.
Sic ubi concilium cogit Pater ipse Deorum,
Et ducibus splendet regia tota suis.
E solio qua stet menti sententia fatur,
Dinde jubet serie dicere quemq; sua.
Haud secus, ex omni postquam regione subisset
Orbis, inauratas plebs numerosa domos.
GVELPHIVS ipse opus aggreditur, scrutatur utrum
Carpere quod censor postmodo jure queat. (sic,
Finierat clarum sortitur machina nomen,
Et fuerat claro nomine majus opus.
Insequitur series praestantum longa virorum,
Pulsat, agit, tractat, fertq; refertq; pedem.
Insinuat partes rigidus se censor in omnes,
Quaq; magis visum est tentat adire via.
Dux operi assistens dextram venientibus offert,
Dirigit, arguta suscipit aure melos.
Ter bis exierat roseo Matuta cubili,
A quarta jam lux altera mensis erat.
Dum jubet effari, resonat vox omnibus una:
Secula sunt operam nulla datura parem.

Delicijs

Delicijs animum expleti, atq; ardore videndi,
Munereq; ad patrios dein rediere lares.
Tum juvat excusare, auidoq; refellere nisu,
Livor in insontem qualia fudit iners
Clamarant alij effrenemq; trucemq; Tyrannum,
Legibus & populis bella parare suis.
At qui terrarum populus nunc sparsus in oras,
Optata & tanto Principe digna sonat.
Seu quod in hoc probitas illa inculcata micabat,
(Quis neget in laudes atria facta Dei?)
Sive verecundi divina modestia vultus,
Quaeq; tot excipere est comiter ausa viros:
Sive in regali quae magnificentia luxu,
Quod nunquam hospitibus non patuere fores:
Et quae literulis ostensa est gratia, compos
Debuit esse hujus IVLIA leticia:
Ad mediam noctem, post tot spectacula, post tot
Delicias, videre in vigilare libris.
Seu quae magnanimum vicit clementia pectus,
Pro nece, quam amisit, pro nece, vit a reo est,
Materies laudum haec toto cantabitur orbe,
Sic etiam ut multis Ilias inde fluat.
Græcia nunc igitur jactet, vel Roma monarchas,
Hos prior HENRICVS IVLIVS inter erit.
F. CHRISTOPH. ALBINVS.

154886

AB 154886

ULB Halle


3


003 009 254



fu







SACRVM
Magnificis laudibus
REVERENDISSIMI ILLV-
STRISSIMI
inter literatos potentissimi,
inter potentes literatissimi,
Principis ac Domini Domini
HENRICI IVLII
Antistitis Halberstadensis, Ducis Brunsvicensis & Lunaburgensis.

Cum mense Sextili, anno
1596.

Ex celeberrimis Germania locis
48. Organicos convocasset.

QVI

Ad immortalem ipsius nominis memoriam
Organum & facellum
GRONINGENSE
Communi cum consensu sempiternis dignum
præconijs existimarunt.

HENRICOPOLI
Ex Officina Typographica Conradi Horn
ANNO M. D. XCVI.

Rdo
D m. 2